

RECTOR

ACADEMIAE LUDOVICIANAE

ERNESTVS THOM

PROF. MORAL. ET IVR. NAT. AC GENT.

VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO
LEGIONES AESTIVAS

INDICIT

EASQVE SEDVLITATI

CIVIVM ACADEMICORVM

TAM GENERE QVAM VIRTUTE NOBILISSIMORVM


DILIGENTER COMMENDAT

P. P. D. XX. APRIL. ANN. CIOCC LXVII.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

GIESSE,

EX OFFICINA BRAVNIANA.



In Facultate Theologica.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,

Ordinis sui b. a. Decanus.

Lectiones tum *publicas* in Augustanam confessionem ejusque Apologiam, tum *privatas* in Syllogen controversiarum Fechtianam, cum selectis annotationibus denuo imprimi cœptam, cum praeterlapso semestri, valetudine adversa impeditus, habere non potuerit, eisdem semestri, quod nunc ingredimur, Deo valetudinem meliorem, quod sperat, gracie largituro, nobilissimis commilitonibus offert.

D. IO. HERM. BENNER

Publice puriorem theologiam moralem docebit, ne pestis naturalismi serpat inter nos. *Priuatim notitiam salutis tradet, quam nuper absoluit.* *Priuatissime prudentiam pastoralem, selectis ciuibus, si qui ad hanc studii sui metam serio contendunt, explicabit.* Disputationes etiam publicas offert.

D. IO. STEPH. MÜLLER

Dogmatica, Polemica, Moralia, Introductionem in Theologiam reuelatam docebit.

A. V. 27. 27. 17. 17.

D.

D. IO. GEORG. BECHTOLD

alumnorum Serenissimi Principis Ephorus.

Dictorum, quae vocant, classicorum explicationem lectionibus aestiuis absoluet. Hermeneuticam S. itidem ad finem perducet. Praecepta homiletica de integro tradet, ad lectiones quoque dogmaticas, aliasque paratus; si fuerint, ipsius qui operam deliderent.

IO. GEORG. HOFMANN,

SS. Th. D. & P. P. Extr.

Publice Psalmorum librum interpretabitur, priuatim in trandenda Historia Ecclesiastica Noui Test. ad Saec. XIII. hactenus perducta perget. Si qui sunt, qui explicari sibi optant Pericopas epistolicas, vel praecepta homiletica, nec his deerit.

In Facultate Iuridica.

D. FRANCISCVS IVSTVS KORTOLT,

Academiae Procancelarius.

Absolutis superiore semestri praelectionibus in ius Germanicum, non minus publicum quam priuatum, vti & in ius feudale, easdem de integro resumet. Offert quoque, si ita videbitur, expositionem processus in summis imperii tribunibus visitati.

D.



D. IO. CHRISTOPH. KOCH

Per semestre aestiuum *Institutiones iuris civilis*, *Pande&tas* & *ius canonicum* addito *iure ecclesiastico Protestantium*, docebit. *Disputatorium* iterum aperiet. *Priuatissime quoque alias iurisprudentiae doctrinas tradet.*

D. CHRISTIAN. HARTM. SAMVEL GATZERT

Ex Academia Goettingensi clementissime huc euocatus, semper in hoc totus elaborabit, vt quaecumque ex augusta SERENISSIMI PRINCIPIS voluntate, ad officii rationem accidem, ad almae Ludouicianae honorem & Commilitonum utilitatem vlo modo pertineant, sanctissime & ex voto, quoad potest, impleat. Qua quidem mente per aestatem b. c. D. STRVVL. *Jurisprudentiam R. G. forensem* explicabit; *Collegium processuale practicum* aperiet & *Examinatorium* cum iusto auditorum numero ad *Pande&tas* habebit, de quibus singulatim exponet plenius in libello typis impressoriis eam ob rem subiecto.

D. LVD. GODOF. MOGEN

Rogatus examinatorium instituer, & quidem publice. Privatum vero tum ad HEINECCI *Elementa Iuris Civilis*, secundum ordinem *Institutionum*, hora consueta XI - XII., tum ad Consultissimi IUSTI CLAPROTHI *Jurisprudentiam heurematicam*,

ticam; hora VIII - IX. commentabitur. Munus Professoris Historiarum, quod curare adhuc iussus est, plura addere non finit.

In Facultate Medica.

D. IO. WILH. BAVMER,

Med. Prof. primar. & ordinis sui p.t. Decanus.

Hor. X. Doctrinam de morbis mulierum atque infantum, ad mentem b. m. Boerhaavii, publice proponet. Hor. XI. Fundamenta Diaeteticae Hoffmanniana, a Perill. Buchnero Halaee Magdeb. MDCCXXXXVI. edita, priuatim explicabit. Horis pomeridianis, tempore Dominis Commilitonibus commodo, processus chymicos instituet, &; ad Geographiam subterraneam vterius excolendam, subinde itinera faciet, quibus illi interesse possunt, quos, naturae operationes in ipsis eius officinis scrutari, iuuat.

D. GEORG. LVD. ALEFELD,

P. P. O.

Per instans semestre aestiuum Hor. X. a. m. methodum construendi & applicandi fascias chirurgicas & hor. XI. Ossium humani corporis structuram & compagm monstrabit. Hor. II. p. m. praecipua chirurgiae dogmata & hor. III. artis obstetriciae praecepta tradet.

D.



D. FRIDERIC. AVGVSTVS CARTHEVSE,

Med. P. O.

Botanicam, ad ductum systematis sexualis Linnaeani, docebit, simulque plantarum officinalium virtutes medicas explicabit, & interdum quoque excursiones, ut vocant, botanicas in agrum Gissensem ac finitima loca instituet. Praeter lectiones botanicas Collegium examinatorium vel doctrinam de Venenis, Medico cuius tum utilem, tum necessariam Nobiliss. Dn. Commilitonibus offert.

In Facultate Philosophica.

ERNESTVS THOM,

Prof. moral. & iur. nat. ac gent.

Ius naturae & politicam tradet. Partes etiam explicandi doctrinam moralem & disciplinas oeconomicas, si fieri potest, suscipiet.

ANDREAS BOEHM,

*Log. Metaph. & Mathem. P. P. O. Biblioth. acad. Praefectus
Fac. philos. b. a. Decanus.*

Hora VII. matutina *logicum*, hora VIII. *metaphysicum* collegium denuo auspicabitur; *mathesin puram* tempore auditoribus commodo docebit. Plura desideraturis operam suam non denegabit. Bibliothecas publicas singulis diebus Saturni h. l. aperiet.

D.

* (C) *

D. LVD. GODOF. MOGEN,

Professor Historiarum Ordinarius.

Hora IX - X. *historiam Statuum Europae ad ACHENWALLI filum, & hora X - XI. historiam Imperii R. Germanici, praeeunte SCHMAVSSIO, tradet. Praeterea vel compendium suum, anno MDCCCLXV. editum, Grundriß der Geschichte der Deutschen, bis zu Errichtung des deutschen Königreichs inscriptum, vel, si tempestive, sub quo madet, relinquet prelum, suam ipsius Encyclopaediam historicam, illustrabit, hora adhuc determinanda & iis Commilitonibus commoda, qui nomina sua, ut Auditores decet, profitebuntur.*

D. IO. GEORG. BECHTOLD

utriusque eloquentiae P. P. O.

OVIDII libros tristium vel *Epigrammata MARTIALIS* interpretabitur. HEINECCI fundamenta stili paeleget; artem orationis trader, *Logicam quoque orationis* ad orationes, tam sacras, quam ciuiles, poëticas inventiones, cet. maximo usui futuram, lectionibus priuatissimis seorsum propositurus.

IO. GEORG. HOFMANN,

LL. OO. P. P. O.

Grammaticae bebraicae Compendium suum illustrabit, *lectio- nes Cursorias instituet in Ieremiam Prophetam, auctores quosdam Graeciae profanos explicabit; denique iis satisfaciet, qui*



qui lectiones postulabunt arabicas, syriacas, chaldaicas, vel
accentuatorias.

D. FRIDERIC. AVGVSTVS CARTHEVSER,

Philosoph. natural. P. O.

Physices specialioris dogmata tradet, eademque necessariis
experimentis illustrabit.

Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de luculenta equitandi,
pugnandi gladio, saltandique palaestra, Gallicae item & Italicae linguae
scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutor,
abunde prospectum est.



VII